

*Choros idem Moyses post transitum rubri maris primum instituit
discrimine constat. ¹⁾*

*Precibus Dominum deprecari Christus nobis et composuit et
Domino supplicarent. ²⁾*

*Laudes, h. e. Alleluja canere et canticum est Hebraeorum cuius
aeterna, monstretur. ³⁾*

*Lectiones pronuntiare ordo antiquae institutionis esse Judaeorum
traditio docet ab omnibus audiatur. ⁴⁾*

Pronuntiantur autem lectiones filii Dei vocentur. ⁵⁾

*De matutinorum antiquitate et auctoritate testis est evigilabunt.
⁶⁾*

*De vigiliarum antiquitate: Antiqua est vigiliarum devotio
somnia vocantur. ⁷⁾*

Cap. X.

QUALITER AESTATIS TEMPORE AGATUR NOCTURNA
LAUS [DEO].

*A pascha autem usque ad Calendas Novembris omnis, ut supra
dictum est, psalmodiaa quantitas teneatur, excepto, quod lectiones
in codice propter brevitate noctium minima legantur, sed pro
ipsis tribus lectionibus una de veteri testamento memoriter dicatur,
quam breve responsorium subsequatur, et reliqua omnia, ut dictum
est, impleantur, i. e. ut nunquam minus a duodecim psalmorum
quantitate ad vigiliis nocturnas dicantur, exceptis tertio et
nonagesimo quarto psalmo.*

Inspicienda est nunc intentio S. Benedicti; non enim ideo dixit, non
legere aestivo tempore, quasi omnino nolisset, ut legatur, sed
causa discretionis. Quomodo enim credendum est, quia omnino
noluit lectionem, cum in hiemis tempore legere jussit? In hoc loco
nequaquam enim con-

¹⁾ S. Isidori lib. 1. de off. eccl. e. 3 (de choris).

²⁾ S. Isidori lib. 1. de off. eccl. c. 8 (de precibus).

³⁾ S. Isidori lib. 1. de off. eccl. c. 13. n. 1 — 4 (de laudibus).

⁴⁾ S. Isidori lib. 1. de eccl. off. o. 10. n. 1 — 3 (de lectionibus).

⁵⁾ S. Isidori lib. 1. de off. eccl. c. 11. n. 1—3 (de libris
testamentorum).

⁶⁾ S. Isidori lib. 1. de off. eccl. c. 23 (de matutinis).

⁷⁾ S. Isidori lib. 1. de off. eccl. c. 22. num. 1 — 4 (de vigiliarum
antiquitate).